

dehiscit, figura tubam aemulatur, in extremo tubae veluti *foramen* conspicitur, tam pusillum, ut tum propter ipsius parvitatem, tum propter rostrum magnitudinem angustiamque, ne minimus quidem pliciculus ingeri possit, eo veluti per fistulam, ex humore alimentum attrahit. *Oculi* sunt tam exigui, ut vix milii magnitudinem aequent. *Branchiae* utrinque quaternae, podex in medio fere corpore. De *pinnis* disputatur. *Salvianus* cum Aldrovando unam parvam et tenuissimam in medio dorso ponit. *Bellonius* cum Rondeletio duas in lateribus juxta branchias, eam quae in tergo tam tenuem et exiguum, iste addit, ut vix nisi cum vivit, aut in aquis movetur, conspiciatur. *Internasi* spectes, habet *gulam*, qua plurimi pisces carent, ventriculum, parvum, oblongum. *Hepar* pallidum, sub quo dextra parte *fel* caesium hordei magnitudine continetur. *Cor* vix milio majus. *Vulvam* caeterorum piscium more bicornem, ovis sesami magnitudine, rotundis, rubris, transparientibus plenam. De *intestinis* inter *Bellonium* et *Rondeletium* non convenit. Iste gracilia, recta, in spiras non contorta prodit, hic unum tantum album, recta exorrectum, multa pinguedine circumfessum scribit.

Quantum ad *Generationem*; ova se in dissectarum, rima, seu ὑπὸ τὴν

γαστέρα διαφύει, de qua superius, multa invenisse, et multis foetus jam profectos, quorum majores partes omnes perfectas habebant, et movebantur; Alii tam tenues et exigui erant, ut oculi duntaxat et rostrum cernerentur, testatur Rondeletius. Emittit illa eo, et quasi in altero sinu foveat donec excluderit, dilatat natura rimam, donec pepererit: a partu vel ita coit, ut coaluisse videatur, vel revera coalescit, quod et in caeciliis serpentibus traditur, huicque omnino tribendum est, quod dehiscenti propter multitudinem ovorum utero, adscripsit Plinius; ex Aristotele, male de eodem vertit Gaza,

nec melius Aelianus deprompsit. A¹ Aelian. H.

πολλαὶ ἀντῶν πρὸ τῇ τίκτει διαθέγεται A. l. 11. c. 13.

ὑπὸ τῶν ὡῶν, id est, ut Scaliger vertit: Scaliger ad

Multae earum parturientes disruptum c. 16.

puntur ab ovis. Quid sibi sequentia

verba velint, οὐδὲ ὁσπερ τὰ φαλάγγια

περικέχωνται, οὐδὲ περὶ τὴν βελόνην ἐκτί-

κτεῖ γάρ πρὸς αὐτὴν οὐδὲ τις θίγει φεύγεται.

Foetus circa parentem quasi phalangia circumfusi sunt. Ita enim parit, Athen. Di-

ut ei adhaereant, sed si tetigeris, fu-

giunt, difficile est dicere. De usu

in cibo et Medicina dixisse sufficiat,

Carnis esse durae ac siccae eoque dif-

ficulter concoqui. Unde Hicesio ἄχυ-

λος boni fucci, et combusti cinerem

in potu ad stillicidium urinae a Galeno commendari.

PVNCTVM II.

De Acu

Oppiani.

Acum Oppiani ab Acu Aristotelis debere distingui, tum quod hic dentatus sit, tum quod rima destituta, ostendit. Haud in multam magnitudinem excrescit, seni vix libram pendeat. Vedit tamen et trilibrem Salvianus. *Ventre* est plano, candido et argenteo, reliquo corpore quodammodo ob lineam e squammis contextam utrinque protensam, quadrato, reliquis partibus laevibus, et fine squammis. *Dorso* caeruleo ad viride inclinante. *Rostrum* habet acutum, tenue, longum et durum, ut ait Athenaeus. *Caput* triangulare viride. Inferiorem *maxillam* superiore longiore, et in mollem quandam sub-

stantiam, degenerantem. *Dentes* utrinque parvos et frequentes. *Oculos* magnos, rotundos, luteos ante quos meatus ad audiendum vel odorandum triangulari figura observavit Rondeletius. *Branchiae* sunt quaternae duplices. *Pinnae* ad branchias duae parvae; duae aliae sub ventre breves, quas rursus alia sequitur, longe a podice ad caudam se extensis, e cujus regione in dorso alia. *Cauda* brevis est, in duas pinnulas terminata. *Podex* non admodum conspicuus. *Rimam* illam quam Aristoteles Acu tribuit, circa podicem hujus Acus foris quidem conspicuam esse, sed intus minime videri, Salvianus